Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8157
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



es domine deus meus Responsio
Quomodo confitebor tibi domine
deus meus quando veneris in iudicio
tuo quia cor meum mundum non cus
todiui animam meam in carne positam
pollui templum corporis mei de opere
iniquitatis coinquinaui Precor
te domine antequam discutias me mi
serere mei ℣ Tibi soli peccaui domine
miserere mei Precor te Lectio Octaua
Pelli mee consumptis car
nibus adhesit os meum
et derelicta sunt tantummodo
labia circa dentes meos Misere
mini mei miseremini mei saltem
vos amici mei quia manus domini
tetigit me Quare me persequi
mini sicut deus et carnibus meis
saturamini Quis michi tribu
at ut scribantur sermones mei
Quis michi det ut exarentur
in libro stilo ferreo vel plumbila
mina vel celte sculpantur in si
lice Scio enim quod redemptor meus